



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

60. Mulierem in adulterio deprehensam dimittit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO LX!

*Mulierem in adulterio deprehensam
dimittit.*

I. IESUS diluculo venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ, & Pharisei, mulierem in adulterio deprehensam; & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare eum. *Ioan. 8. 2. 3. 4. 5. 6.*

II. IESUS autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem unus post unum exhibant, incipientes à senioribus: & remansit solus IESUS, & mulier in medio stans. *Ioan. 8. 9. 6. 7. 8. 9.*

III. Erigens autem se IESUS, dixit ei: Mulier, ubi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnavit? Quæ dixit: Nemo, Domine.

mine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo; Vade, & jam amplius noli peccare. *Ioan. 8. v. 10. § 11.*

MEDITATIO LXI.

Septuaginta duos discipulos designat, & instructos predicatum mittit.

I. **D**esignavit Dominus & alios septuaginta duos; & misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. *Luc. 10. v. 1. § 2.*

II. Ite: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare facculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaveritis. *Luc. 10. v. 3. § 4.*

III. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede suâ. *Luc. 10. v. 5. 6. 7.*

IV. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis,